

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Observationvm Philologicarvm Decadem

Dehn, Johann Heinrich

Regiomonti, [1729?]

VD18 13484982

Observatio X. in Ebr. XI. 19.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

[urn:nbn:de:hbz:ha33-1-216539](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:ha33-1-216539)

quam juxta legem proficisci, recteque proficiscentem DEum ipsum sequi. Vis esse vere Philolophus, audias Epictetum in Enchiridio c. 29. φιλοσοφίας ἐπιθυμείς παρασκευάζει αὐτόθεν ὡς καταγελασσομένην, i. e. risui eris. Vis esse eruditus, à præjudiciis, veræ ac solidæ scientiæ impedimentis, te libera, superstitionem eruditam fuge. Amica sit veritas, quæ nullibi carceribus inclusa est, nec regionibus terminatur, prudentissimum Herm. Alex. Roëllii (Theologi) symbolum: *Non ego sum veterum non assecla, amice novorum, seu vetus est, verum diligo, sive novum.* Vive ita, ut nemo mala jure, de te loqui possit, nil cures linguarum strepitus, stridores linguæ inanes illorum, qui male loquuntur, quia bene loqui non didicere. Tantum abest, ut à virtutis tramite te retrahat obretractatio, ut potius mala opinio bene parta te delectet. Optima fama est, esse virum bonum, recte Seneca Epist. 88. *Magno, inquit, temporum impendio, magna alienarum aurium molestia laudatio hæc constat. O virum literatum! Simus hoc titulo rusticiore contenti. O virum bonum.* conf. Viri multum Rev. M. Mich. Lilienthalii diff. de Machiavellismo litterario, p. 3. 18. 20. seq.

## Observatio X. in Ebr. XI. 19.

**V**im typi & antitypi eludunt, qui illud ἐν παραβολῇ, quæ vox synonymum est typi (conf. diff. Christoph. Matth. Pfaffii de Theol. Typ. conformatione §. 2. p. m. 7. Ebr. IX. 9.) vertunt in presentissimo mortis periculo, uti Jo. Fried. Hombergius in Parer S. p. 351. à Lamb. Bos. in Exerc. Phil. in N. T. p. 247. notatus. cum (1.) hæc vocis hujus significatio rara sit. (2.) Vi originis *audaciam* potius notat, qua quis in pericula se projicit. Alii magis adhuc contorte, agi hic putant, non, de reassumptione Isaaci in vitam ex morte, sed periphrasin esse miraculosæ nativitatæ Isaaci ex mortuis parentibus, quasi jam ad pariendum gignendumque ineptis. Huc inclinat Henr. Hammondus in N. T. sensus esset: *Er glaubte / Gott könne den Isaac auch aus den Todten auferwecken / weil er ihn ja ohnedem aus den Todten / d. i. aus ihrer beyder erstorbenen Leibern empfangen hatte* / conf. Theoph. Alethæum libro cit. Tent. 31. p. m. 401. seq.

EPI.